† non ~~nunquam~~ ~~[illegible]~~ rescribere: quâ causâ plane nescio. quod si de caelibatu meo scrupulum sibi [virginali] pudor injecit, obsecro te fac intelligat quàm hac parte tuta sit. nihil nos in ~~[illegible]~~ Clermanna spectare quam ingenij prodigiosam excellentiam. Caetera quae mere sexus sunt, ~~[illegible]~~ fortissime aspernari qui hac novimus esse nihil; et occlusum denique amori pectus gestamus, postquam è vivis abijt quella ch'al Ciel se ne portò le chiavi. Vis non ἀμέτρως iterum me explicem, ecce quos in ore versiculos et in animo ubique habeo:

Secunda vota plurimus mihi Rhetor
Suadet; ~~[illegible]~~ vir et puella, nupti et innupti.
Cedam furori mille syllogismorum.
quando? inquiunt. Mox atque desierint Tulto
Placere Libri, Liberi, atque Libertas.

Plura sunt eiusmodi. sed jam propè ab ~~in~~ Euripo vrbem navigamus, ~~[illegible]~~ occidit sol et hae observandae sunt. Vale vir doctissime et me ama.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 43b (1639), fol. 15
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2257